



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

32. Exemptus delinquens intra dioecesim Episcopi an possit ab eo puniri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Sed queritur, an legatus Sedis Apostolicæ Ecclesiam sibi subiectam iure legationis possit unire Ecclesie immediate Papæ subiectæ videtur quod sic per ea quæ dicit Abbas in *Clem. 1. § ad hoc de statu Monach.* ubi dicit quod Episcopus Ecclesiam sibi subiectam potest unire monasterio exempto, etiam si Abbas habeat in illo monasterio institutionem & distributionem. Præterea quoad potestatem uniendo considerandum est an Ecclesia unita subiecta sit Prælato unienti *ca. sicut unire de excess. prelat.* Nihilominus dicendum videtur quod legatus unire non possit Ecclesiam iure legationis sibi subiectam aliter Ecclesie immediate Pontifici subiectæ. Ratio, quia in unione requiritur causæ cognitio, quæ respicit non solum Ecclesiam unitam sed etiam Ecclesiam cui fit unio, an autem subicit causa respectu Ecclesie cui fit unio non potest legatus cognoscere, sed solus Papa, non enim potest legatus Ecclesiam sibi subiectam unire Ecclesie sitæ extra suam provinciam. Nec similiter Episcopus unire Ecclesiam sibi subiectam Ecclesie exemptæ aut constitutæ extra suam diocesium, quando quidem in unione autorisanda requiritur ut utraque Ecclesia autorisanti sit subiecta *d. cap. sicut unire.* Ita ille.

Ex eodem fonte sunt quæ supra notavimus, querendo utrum legatus vel Episcopus auctoritatem interponere possit in alienatione rerum Ecclesie extra provinciam si Ecclesia sit sita in provincia id enim plurimum controversum ex Villadiego et Bertachino. *Responsum eod. lib. qu. 2.*

QUESTIO XXXII.

Exemptus delinquens intra Diocesim Episcopi an possit ab eo puniri.

SUMMARIUM.

1. Argumenta opinionis affirmativa.
2. Rationes opinionis negativa quæ vera est.
3. Proconsul non cognoscit de causis Fiscalibus.
4. Episcopus punit aliquando exemptos auctoritate delegata.
5. Opinio affirmativa sustinetur in exemptione reali, negativa vero in personali.

PRO parte affirmativa est quod ratione delicti quis sortiatur forum non suum *Auth. qua in provincia C. ubi de crimine Auth. de mandal. Primum §. quod si delinquentes col. 3. l. 1. C. ubi senatores late Hostiens. in summa de foro compet. num. 6. nullo obstante privilegio vel exemptione. siquidem reatus omnem honorem excludit. d. l. C. ubi Senatores & frustra legem aut privilegium invocat qui ipse illius communitatis delinquit, ex quo prætextu privilegiorum crederet non debeat flagi.*
 Rr 3

Sed

flagitiorum auctoritas cap. fin. de immunit. Eccles. cap. qui frustra, de usuris, l. 2. C. de pri-
vil. schol. lib. 11.

Præterea, Exemptio concessa est propter oppressionem ordinarij, dixi supra lib. 1,
quest. 11. Ergo, si exemptus delinquendo opprimit ordinarium, amittere debet privi-
legium ut puniatur in loco, in quo deliquit text. in cap. privilegium 11. q. 3. cap. reco-
lentes §. 1. de statu Monach. Abbas in cap. fin. de verb. signif. & in cap. 1. ne clericis vel Mo-
nachi. Pautis nec consuetudo nec lex nec pactum nec appellatio delinquenti debet
esse præsidio cap. fin. de consuet. cap. fin. de præscript. l. si unus §. pacto ff. de pacti. cap. cum
speciali §. porro de appellat. c. licet de offic. ordin. cap. iuratum §. 1. in fin. de privil.

2 Pro contraria autem opinione, quæ & vera est, sunt textus expressi c. frater noster
16. q. 1. c. sicut nobis §. fin. de suppl. negl. prelat. ibi nisi à iurisdictione tua exemptus fin. &
o. in singulis §. ordinetur c. & que §. hac eadem de statu Monach. c. cum & plantare §. fin.
de privilegijs. Confirmaturq; à simili, sicut enim ordinatus à Papa propter excellen-
tiam manus Papæ, alibi ordinari non potest c. cum in distribuendis de tempor. ordi-
dixi lib. 1. cap. 21, ita nec immediate ei subiectus ab alio iudicari potest arg. cap. ad a-
bolendam §. fin. de heretic. cap. nullus Episcopus de paroch. ad instar Proconsulis, qui li-
cet maior sit post Principem, tamen de causis fiscalibus sese introuicere non potest
l. ne quicquam §. ubi ff. de offic. proconsul. Postremo, stant pro hac conclusione omnes
autoritates, quas parte secunda articuli in quæstione quarta, & aliquot sequentibus,
quas non opera pretium sit hic repetere.

4 Non autem obstant argumenta contraria, quia si Episcopus quandoque exem-
ptos punit, id facit autoritate Apostolica d. c. ad abolendam non autem propria, i-
deoque, non tam ipse quam Pontifex iudicare & exemptos punire censendus est
arg. c. inter corporalia §. sed neque de transtat Episcopi v. supra par. 2. quest. 14. Quæ o-
mnia Hostiensis curiole & longe lateque persequitur in summa de privilegijs num. 11.
5 12. usque ad finem ut dixi succinctè lib. 2. quest. 45. casu 20. & casu 1. Porro, opinio
affirmativa iustinetur in exemptione reali, at vero contraria in exemptione
personalis, uti liquet ex notatis alibi à nobis d. casu 20.

& lib. 1. quest. 2. n. 4. & seqq.

